



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

244. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

conjunxerint, & postea dixerit mulier de viro quod non possit coire cum eo, si potest probare per justum iudicium quod verum sit, accipiat alium.

De eadem re. *Ex Concilio ad Vermeriam temporibus Pippini Regis, cap. xvii.*

CCXLIII. Si qua mulier se proclamaverit quod vir suus nunquam cum ea coisset, exeant inde ad crucem; & si verum fuerit, separentur, & illa faciat quod vult.

Concil. Vermer. c. 17. Burchard. lib. 9. c. 41.

De eadem re.

CCXLIV. Si quis accepit uxorem, & habuit ipsam aliquo tempore, & ipsa femina dicat quod non coisset cum ea, & ille vir dicit quod sic fecit, in veritate viri consistat, quia vir caput est mulieris.

Concil. Compend. c. 17. Burchard. lib. 9. c. 42.

De eadem re. *Ex Concilio Triburiensi.*

CCXLV. Si duxerit vir uxorem, & concumbere cum ea non valens, frater ejus clanculo eam vitiaverit, & gravidam reddiderit, separentur. Considerata autem imbecillitate, misericordia eis impertiatur ad conjugium, tantum in Domino.

Concil. Tribur c. 41. Burchard. lib. 9. c. 43.

De fornicatione diversarum personarum. *Ex Pœnitentiâ Romano, Theodori Episcopi, & Bedæ Presbyteri.*

CCXLVI. Adolescens si cum virgine peccaverit, annum pœniteat. Si semel & fortuito casu, levigetur ei pœni-